

tionem fecutura. Unde Farinacius merito dubitat, an, si petereur remiffio ab eo, in cujus territorio delictum est perfectum, effet facienda remiffio, autque se non effe remiffurum nifi Superiore confulto. Nempe quia in morali æftimatione videtur perinde mandans per mandatum, & alter per acceptationem influere in effectum, ficut qui jactat sagittam. Nam quòd poffit mandatum revocari, non item fagitta, non minuit, imò anget delictum, quia ipfa non revocatio effe etiam delictum, quia effe continuatio delicti liberta. Hinc autem

99. Dicendum mihi viderur III. Imò etiam non fuit fubditi ratiõne domicilii, adhuc poterit uterque puniri à Juce, ubi mandatum datum & acceptum effe, & quidem penà ordinariã. Probatur à paritate illius qui jactat sagittam ob ratiõnes, quas paulò antè attulimus.

100. Tertius cafus effe, quando in delictis in uno loco inchoatis, & in alio loco perfectis, nec perfona agentis, nec patientis concurrir, cujus duo exempla afferuntur. Primum in delictis tractatis & preparatis in uno loco, commiffis autem in alio loco: Secundum, in ratificante delictum aibi commiffum. Circa primum diftinguit Farinacius n. 49. ficut in exemplo mandantis. Nam mandans homicidium, & tractans homicidium pari paffu ambulat. Solum ergo reftat quæritur, quid dicendum, fi tractans in aliquo loco non effe fubditi illius Jucis ratiõne originis aut domicilii: Et tunc fi talis tractatus folet puniri aliqua penà extraordinariã, vel ordinariã, poterit utique puniri in loco facti tractatus, quia ratiõne tractatus fortitur effe forum. Quod fi verò tractatus non folet puniri nifi fecundo effectù, & tractans fit ille idem, qui delictum perfecit, tunc puniendus effe in loco delicti, quia tractatus confunditur cum fequenti delicto. Si autem tractans non fit ille idem qui delictum commiffit, tunc fi punitioni locus effe, poterit in loco tractatus puniri, nifi à Juce loci delicti remiffio petatur, quæ tamen non erit concedenda, nifi Superiore confulto, & non nifi in cafu, in quo tractans non fit aliã ratiõne loco tractatus illius Jurisdictioni fubjectus. In fecondo exemplo, ratificans debet in loco delicti puniri. Ita Farinacius.

101. Quaritur XV. Cujus expenfis facienda fit remiffio. R. De hoc varia tradi à DD. cum non exiffet clarum Jus. Aliqui volunt effe faciendam expenfis ipfius transmittentis, ficut etiam in periculo debet transmittere. Communit tamen effe opinio, periculum quidem pertinere ad transmittentem, fi aliquam culpam committat, non adhibendò debitam custodiam, expenfis verò effe faciendas à petente. Alii dicunt, transmissionem fieri expenfis delinquentis,

quod fi ille non habeat, expenfis accufatoris, & in hujus defectum expenfis Jucis requireritis, & ultimo loco expenfis transmittentis. In his ergo confuetudo locorum obfervanda effe.

102. Reftat nunc dicendum de Confuetudine Remiffionis. De qua Gilhertus n. 114. fic feribit. Delinquentes ex Germania confuetudine non remittuntur ad locum delicti, fed in loco captivitatis forum fortuntur, ibique fupplicia fubeunt. In atrocioribus verò delictis propter exemplum ad locum delicti precariò & jure amicitia & vicinitatis atque benevolentia remiffio plerumque fieri folet, idque fub antiquo five litteris, ut vocant, reverfalibus ipfius Magiftratus aut Domini remiffionem petentis, quòd videlicet hujusmodi remiffio remittentis Jurisdictioni non fit nociura, fed fine præjudicio. Plus dicit Carpovius q. 11. par. 3. n. 13. Verum inquit, remiffiones delinquentium abique fere locorum hodie in defuetudinem abierunt. Nam apud Italos cum non fervari teftatur poff DD. in Clem. Paforali de re jud. Bartolus &c. Idemque in Flandria & plerisque locis practicari affirmit Jo. Dambouderus in praxi rerum criminal. c. 35. n. 1. Hancque fententiam communi totius Chriftiani orbis ufu & praxi receptam effe dicit Covarr. c. 11. pract. qq. n. 10. Deinde hujus confuetudinis ratiõ assignatur ab eodem A. quòd in Germanico Romano Imperio non amplius, ut olim, omnes ditiones uni Principi pareant. Ex Urbanitate tamen poffe & folet fieri hujusmodi remiffiones idem Carpovius teftatur, & infuper addit, quòd, fi in loco delicti deprehendo delinquentem, in quifitio formata caufa criminalis ventilata, & fententia lata fuerit, usque peractis reus aufugiat, tunc fi in alterius territorio deprehendatur, Juce ille ad locum delicti reum remittere debeat, ne proceffu jam finito lata fententia eludatur, & fatisfactoria reddatur. Denique n. 77. tradit, hodierno tempore, plerumque ex officio per medium inquisitionis adversus facinorofos procedi eo loco, ubi reperiuntur, adeoque non effe necesse, ut vel ibi delinquerent, vel domicilium aut originem habeant.

103. Quaritur ultimo, an infiftendo Juri fcripto, remittendus fit ad locum furti commiffi fit alibi cum re furtiva deprehensus, vel an poffit ab illo Juce puniri, à quo cum re furtiva deprehensus effe. In hoc puncto celebris effe, & pluribus in tribunaliibus practicata opinio Bartoli, non effe remittendum necelfario, fed poffe puniri ab illo Juce, in cujus territorio cum re furtiva deprehensus effe. Ita tenet in leg. si dominium. ff. de furtis. & cum fequuntur innumerè DD.

Contraria fententia non minùs auctoritate pollet,

pollet, non poffe ab illo Juce puniri, pro commiffio furto, fi non fit ejus fubditi vel ratiõne originis, vel domicilii. Hanc tenent poff alios Julius Clarus q. 38. v. tu fcs. Covarr. pr. 99. c. 11. n. 9. Farinacius q. 7. à n. 7. Fachineus lib. 9. c. 19. Guacinius defens. 1. c. 15.

104. Mihi magis placet fententia Bartoli. Ratiõ effe, quia continuata contractatio effe continuatum furtum, adeoque continuatum delictum, & quidem phyficè: imò quò longius rem furtivam fur aufert, eò gravius lædit, quia reddit difficiliorẽ rei recuperationem: ergo reverà delinquit etiam in altero territorio. Ergo etiam ibi forum fortitur, adeo ut cenfent, quòd ille ludex deprehendens, quamvis ex urbanitate poffet, non teneretur tamen remittere requifitus, fed poffet ipfe procedere. Neque obftat, quòd moraliter fit unum delictum, & ideo non multiplicetur actio furti refpectu ejusdem domini: nam continuatio retentionis fufficit, ut cenfentur utrobique deliquiffe, & poffit, imò debeat ex officio comprehendere in illo loco, ubi cum re furtiva deprehenditur: ficut, qui in uno territorio incipere blasphemare, & continuaret usque ad alterum territorium, non dubito, quin ibi effet etiam puniendus, effe in morali æftimatione cenfentur una blasphemata continuata. Uno verbo, furtum continuatum æquivalere in ordine ad lationem damni repetito furto. Et denique quia in odium furis merito ita practicitur, ne aliquin furta facile maneant impunita.

Confirmitur. Delictum poffet & debet puniri in eo territorio, ubi præbetur malum exemplum, & fubditis illius territorii scandalofum ac perniciofum: atqui per furti continuationem præbetur non minùs malum exemplum in loco ubi primò res aliena contractatur, quam in illo, ubi continuatur: imò fæpè in hoc fole, quia in priorẽ foret ignoratur. Ergo &c.



CONTROVERSIA VII.

De Præventionione in Criminalibus.

§. I.

Dubia quadam, inter quos locum habeat Præventionio.

SUMMARIUM.

Quando Præventionio locus fit inter Judicem Ordinarium & Delegatum. 105.
An Superior poffit præveniri ab inferiore. 106.
An poffit Ordinarius præveniri ab eo, qui folùm poffet de crimine incidenter cognofcere, & contrariã. 107.
An Juce competentis poffit præveniri ab eo, cujus Jurisdictioni effe prorogata. 108.
An habens facultatem judicandi in defectum alterius, poffit alterum prævenire. 109.
An præventus per viam Inquisitionis, poffit procedere per viam accufationis. 110.
An mandans per Notarium fieri Inquisitionem & registrarì, vel recipiens libellum accufatorum, hoc ipfo prævenitur. 111.
An & quomodo per citationem verbalem dicatur præventa Jurisdictioni. 112.
Quomodo fiat præventio per citationem realem. 113.
Quis præferendus ex pluribus verbaliter citantibus, nec conftat de præventionione. 114.
Quid si unus citavit ad domum, alter personaliter eod. 115.
Quid si unus citavit Mandatarium, alius poffet Mandantem, quis prævenit. 116.
An præcipiendo reo, ne ex tali loco difcedat, ubi Juce in illum inquireret, jam alios prævenit. eod.
Præventionis effectus principalis effe confolidatio Jurisdictionis in tali caufa. 116.
An citatio unius correi indicat præventionem etiam refpectu reliquorum. 117.
An accufator poffit mutare tribunal. 118.
Quem stylen fervare debeat in proceffu Juce præventionis. 119.
An heres delinquentis debeat fufumere Judicem præventionem. eod.
An valeret proceffus Judicis præventi, non excipiente eo qui prævenit. 120.
Quid si præventus non curet exceptionem. eod.

An Præventio habeat vim, si dolo aut fraude rei est procurata. 122.

Quid sit præventio non sufficienter puniat delictum, an possit causa à præventio cognosci de novo. 123.

Quid sit puniendi potest arbitrii, an presumatur sufficienter puniri. 125.

105. **Quæritur I.** Quando Præventioni locus sit inter Judicem Ordinarium & Delegatum. **R.** Judicem delegatum posse ab Ordinario præveniri solum, antequam Delegato sunt litteræ præsentatæ, per quas illi tribuitur Jurisdictio, & ab Ordinario avocatur: unde in capit. 59. de appellat. non admitteretur appellatio vel exceptio illius, qui diceret, se expectare litteras. ibi: non obstante, si dicat, quod ad Superiorem Judicem nuntium destinaverit, aut litteras impetraverit ab eodem, priusquam delegato fuerint assignatæ. Cæterum, Decianus c. 20. n. 6. ait, hodie contrarium observari: nam Delegatio præferunt in Criminalibus, sit semper privative, etiam Ordinarius ante prævenisset, & ita, ait, vidi semper praticari.

106. **Quæritur II.** An Judex Superior possit præveniri à Judice inferiore. **R.** Tunc solum posse præveniri, quando Jurisdictionem suam non accepit à Superiore: quia tunc Superioritas habet se merè materialiter: secus, si eam à Superiore accepisset, tunc enim censetur Superior sibi reservasse Jus avocandi causam, nisi aliud in concessione expressisset. l. 88. ff. de Judiciis. Judicium solvitur vetante eo qui judicare iussit.

107. **Quæritur III.** An possit Ordinarius præveniri ab eo, qui de crimine solum potest incidenter cognoscere, & contra. v. g. testis deponit fallum coram Judice in causa civili: de quo delicto potest Judex causæ civilis incidenter cognoscere, & tanquam læsus à tali teste eum punire, quæritur, an in hoc sit locus præventioni. **R.** Posse prævenire & præveniri ab ordinario. arg. leg. 14. C. de testibus. ibi. [ut quicumque autem ejus offenderint, non dubitent sibi met formidandum, datâ cunctis Judicibus absque ullo præscriptiois obstaculo (sicut sæpè dictum est) in testes, quorum voces falsitate vel fraude non carere perpexerint, pro qualitate videlicet delicti, animadvertendi licentia.]

108. **Quæritur IV.** Si Accusator & Reus prorogant Jurisdictionem alicujus Judicis incompetentis, an Judex competens possit ab illo incompetenti præveniri. **R.** Tunc solum posse præveniri, quando delictum est tale, ut non nisi per accusationem possit judicari. Tunc enim tenetur habere ratam prorogationem, nisi per collusionem inter accusatorem & reum facta

esset. Secus dicendum, si potest per inquisitionem procedi, tunc enim Judex competens potest non obstante accusatione & prorogatione, inquirere. Ita Decianus c. 20. n. 10.

109. **Quæritur V.** Quando alicui datur facultas judicandi in defectum alterius, an possit alterum prævenire. **R.** Negative, sed debet præcedere negligentia, vel impedimentum. Nam sub hac restrictione concessa est Jurisdictio, ut notant Interpp. in cap. 3. de off. deleg. in 6.

110. **Quæritur VI.** Si unus ex Judicibus per Inquisitionem alterum prævenisset, an hoc ipso impediretur alter procedere per viam accusationis. **R.** Negative. Ratio est, quia Accusatio est remedium Ordinarium, Inquisitio extraordinarium. Ita aliis relatis Decianus n. 22.

§. II.

Quibus actibus fiat Præventio.

111. **Quæritur I.** An facta esset præventio ab illo Judice, qui mandat per Notarium fieri inquisitionem, eamque registrari, vel si apud ipsum productus esset libellus accusatorius. **R.** Nisi accedat Citatio, non esse factam præventionem: Nam talibus actibus, sicut etiam ipso inquisitionis mandato, potius censetur declarari voluntas præveniendi, & potius sunt præparatio Judicii, quam Judicii pendentia: adeoque ut nec testium examinatio per inquisitionem fieret præventio, nisi testes recepti essent pro informatione Curie, ut ipsa Inquisitionem formaret, & citaret, tunc enim forte videretur facta præventio, quamvis & hoc aliqui negent, apud Guacinum. c. 9.

112. **Quæritur II.** An & quomodo per Citationem verbalem dicatur præventio Jurisdictioni. **R.** I. Ut per Citationem fiat præventio, non requiritur trina citatio, neque una peremptoria, que sit virtualiter trina, sed sufficit simplex citatio. Ita DD. omnes in cap. 19. de foro competente. [Proposuit nobis, quod quidam subditus nuns ad petitionem cuiusdam adversarii sui à telegitimè citatus ad causam, quia postmodum Jurisdictionis alterius esse cepit, tuum intendit iudicium declinare. Porro tua prudentia dubium esse non credimus, quod is in prædicta causa jus revocandi forum non habet, quasi ab illo jam præventus.]

R. II. Si per viam accusationis proceditur, debet citatio fieri ad instantiam accusatoris. Si verò

Si verò per viam Inquisitionis, sufficit citationem fieri ex mandato Judicis. Ita notant DD. cum Bart. in l. 13. C. de Judic. & pro cautela moneantur Judices, ut hoc faciant exprimi in actis.

R. III. Non sufficit, citationem emanasse, sed debet ad notitiam rei pervenisse, ut communiter tenent DD. contra Bart. Bald. & Abbatem, quia aliud est citatio, & aliud commissio citationis. Quod autem aliqui, ut Scaccias n. 59. ulterius requirant, ut vel reus ad factam citationem comparuerit, vel fuerit ab adversario incusatus de contumacia, non invenio in Jure aut ratione fundatam, nisi forte consuetudo id observet.

113. **Quæritur III.** Quomodo fiat præventio per citationem realem. & procedit dubitatio, quando concurrit citatio Verbalis unius Judicis cum reali alterius. In quo casu si eodem temporis momento fierent, (quod raro contingit) tunc ex communi consensu DD. prævaleret citatio realis, utpote potentior quam verbalis, & multo magis si tempore præcederet. Difficultas est, quando verbalis præcelleret, quamnam tunc prævaleret. Non desunt, qui dicant, etiam tunc prævalituram realem. Ita post alios Farinacius n. 53. Communis tamen alii, quos sequitur Decianus, volunt, tunc prævalituram verbalem, quia nulla jure dimititur hodie Jus præventionis. Et sanè ipse Farinacius tandem fateatur, quod si reus captus à posteriore, opponeret de præventionem verbali ab alio facta, reus esset ad illum anterius citantem remittendus: quod si verum est, videret manifestè sequi, verbalem citationem absolute prævalere, alioquin non apparet, quomodo funder exceptionem rei.

114. **Quæritur IV.** Quis præferendus sit quando plures simul verbaliter citantur, & non constat de præventionem. **R.** Quando unus illorum habet majorem Jurisdictionem, & potestatem, ille præferetur. Si verò sint pares, tunc vel inter se debent concordare, vel stabitur Juramento Rei citati, quis illorum prævenit. Quodsi illi plures Judices habent Jurisdictionem in tali reo ex privilegio & favore rei, tunc penes reum est electio, coram quo velit comparere, & judicari. arg. Auth. *Habitâ C. ne filius pro patre*. Jam supra recitata, ubi in Scholaribus ita deciditur.

Quæritur V. Quid sit citatio anius Judicis facta sit ad domum, alterius verò personaliter, & in tempore sint pares, vel ignoratur, & qui fuerit prior? **R.** Illum censeri prævenisse, qui personaliter citavit, nam de priore non constat, quod citatio innoteat.

115. **Quæritur VI.** Si unus citavit mandatarium, sed alius postea citavit Mandantem,

quis censetur prævenisse. **R.** Si utriusque est idem delictum, censetur absolute etiam respectu mandantis prævenisse, qui prior citavit mandatarium. & ita in facti contingencia fuit iudicatum Florentiæ, teste Nello apud Dec. n. 16.

Quæritur VII. Si unus Judex non quidem citasset formaliter, sed tamen præcepisset reo, ne ex tali loco recederet, ubi Judex in illum inquit, et auferretur alios prævenisse. **R.** Affirmative, quia tale præceptum esset loco citationis formalis, cui æquivaleret quoad effectum præventionis.

§. III.

De Effectibus Præventionis.

116. **N**E Jus Præventionis sit merè de vento, æstimandi sunt effectus illius. Et quidem Principalis illius effectus est Consolidatio Jurisdictionis pro tali causa in Judice præveniente, ita ut nullus alius Judex, quantumvis antecederet ad præventionem competens fuisset, in negotio præventio se ingerere possit. arg. l. 7. ff. de Judiciis. [Si quis, posteaquam in Jus vocatus est, miles, vel alterius fori esse cæperit, in ea causa Jus revocandi forum non habebit, quasi præventus:] quod itidem dicitur in c. pen. de foro competente, paulò antè cit. Hinc

Inferitur I. Quod, si alius Judex vellet se ingerere, posset præveniens eum inhibere, & etiam penalibus remediis suam Jurisdictionem tueri, si sub eodem Principe essent.

Inferitur II. Quod citatus à præveniente non possit postea mutare forum in præjudicium prævenientis, ut satis indicatur in cit. lege & cap. & hoc ait Decianus maxime procedere in criminalibus ad condemnationem.

117. **Quæritur I.** Si plures sint correi ejusdem delicti, an unus illorum citatio inducat præventionem etiam quoad reliquos. Negat Farinacius n. 62. cum aliis à se relatis, & ait, in facti contingencia ita fuisse resolutum. Nam, cum Rmus. D. Auditor Cameræ Apostolicæ carcerari fecisset aliquos, propter celebratos illicitos contractus, aliquis alius correis post horum incarcerationem comparuit coram Rev. Vicario, coram quo, præstitâ idoneâ cautione de se sistendo, obtinuit significationem, ut ab Auditore Cameræ non posset super eo prætenso delicto molestari. Commissio fuit proposita in signatura, & Ficus urgebat causam remittendam esse ad Auditorem Jure præventionis factæ per aliorum correorum capturam. Fuit tamen resolutum con-

D

trati.

trarium, & commissio rejecta, dictumque, eum, qui significationem obtinuerat, non posse alibi molestari, quam coram Vicario, coram quo quoad ipsum comparentem dicebatur preventum, non obstante anteriore captivitate facta per Auditorem, utpote quæ solùm induxit preventionem quoad captos, non quoad alios. Affirmativam, quæ Juri conformior videtur, tenent alii, quos sequitur Decianus c. 22. n. 4. & Scaccia n. 78. Ratio est, quia alioquin divideretur contentia causarum, quod Jura fieri prohibent: unde, quando Clericus delinquit cum Laico, Iudex Ecclesiasticus utrumque judicabit, quia dignius trahit ad se minus dignum. ob eandem rationem paulò superius dictum est, quòd citato Mandatario facta sit preventio etiam ratione mandantis.

118. **Queritur II.** An accusator possit mutare tribunal, & accusare apud alium, postquam accusavit apud unum. *R.* Negative, & hoc in favorem rei, ne apud plures Iudices vexetur, & quia ceteri Iudices censentur hoc ipso recusati. Unde è contrario inferitur, quòd si apud unum esset contumax, possit apud alium accusari.

119. **Queritur III.** Quem stylum in processu servare debeat Iudex preveniens. *R.* Stylum suæ Curie, perinde ac si nullus alius Iudex competens, & alterius Curie esset.

Queritur IV. Si hæres delinquens, facta preventionem, sed nequam absoluto Iudicio, sit alterius fori, an debeat prosecui causam, & sustinere Iudicem prevenientem. *R.* Affirmative. l. 34. ff. de Iudiciis. [Si is qui Romæ Iudicium acceperat, decessit, hæres ejus, quantumvis domicilium trans mare habet, Romæ tamen defendi debet, quia succedit in ejus locum, à quo hæres relictus est.]

120. **Queritur V.** Si Iudex preventus procederet, nec pars preventa opponeret de preventionem, sed taceret, an processus preventi Iudicis esset validus. Respondet aliis relatis Farinacius n. 54. & Scaccia n. 67. quòd utriusque Iudicis processus, per se loquendo, valet, dummodo sententiæ non essent inter se contraria: possitque in utroque foro condemnari. Observant autem hic DD. post Andr. Gail. lib. 1. obs. 29. n. 6. quòd preveniens excipiens non debeat uti exceptione incompetentiæ, quia reverà Iudex preventus est competens, sed Exceptionem preventionis, vi cuius Iudex preveniens tenetur, si ita vestit reus, Iudicium captum abolvere.

121. Sed, quid si Iudex preventus non attendat oppositionem Iudicis prevenientis, quid remediū habet Reus? *R.* Eum posse appellare, vel recurrere ad Iudicem prevenientem, qui in-

hibeat Iudicem preventum: & denique si nec hoc sufficeret, esset recursus ad Superiorem, seu Principem, cui supplicabit, ne se permittat vexari à duobus Iudicibus: Scaccia tamen putat, quòd citatus haberet electionem comparendi, coram quo maluerit. Quod si Iudices essent sub diversis Principibus, tunc vel res forte dirimenda esset, vel ambo simul cognoscere possent.

122. **Queritur VI.** An suam vini habeat preventio, si dolo aut fraude rei est procurata. *R.* Negative. Tunc enim non attentà oppositione, potest procedere Iudex preventus. Præsumitur autem dolo, quando se reus sponte presentavit; item quando, postquam constat esse citatum reum verbaliter ab uno, alter in carceraret, quòd tamen non est univèrsim verum, & ideo Iudicis arbitrio relinquuntur cognitio de dolo & fraude.

123. **Queritur VII.** Si in delicto Mixti fori reus à Iudice preveniente non fuit sufficienter punitus, possit ab altero Iudice denuo cognitã causã puniri eò usque, ut censetur pena commensurata delicto. *R.* Affirmative, quia sicut delicta non debent simpliciter manere impunita, ita nec debent esse impunita pena insufficiente. Et quia Iudex Ecclesiasticus sæpè non solet punire nisi penã spirituali, potest delictum ulterius puniri à Iudice Laico penã corporali, quando delicto talis penã est constituta, & hoc habere locum in omnibus delictis mixti fori, colligunt Covarr. *Var. resol. l. 2. 10. 2. c. 10. n. 6.* Gomez, Scaccia *ex cap. 5. de penis in 6.* Exemplum affert Scaccia: si blasphemans sit punitus per Iudicem Ecclesiasticum, poterit denuo puniri per Iudicem Sæcularem amputatione lingue. Ant. Gomez c. 1. de delictis n. 40. in medio ponit eandem universalem Conclusionem, quòd in atrocibus & gravissimis delictis mixti fori, in quibus per Iudicem Ecclesiasticum non potest imponi competens penã, licet delinquens sit punitus per Iudicem Ecclesiasticum, quòd inquam, illa penã non tollat penam sæcularem, postque postea capi & puniri penã ordinariã sæculari. Deinde adductis Auctoritatibus, etiam Jura quædam affert, sed non eonvinctoria; quare insillit citato *cap. 5. de penis in 6.* ubi post multas penas quæ imponuntur offendentibus Cardinalem, dicitur, quòd per eas Pontifex non intendat adimere facultatem Iudicibus sæcularibus, quò minus possint procedere in illo delicto, & imponere penas legales. Qui tamen textus, ut idem Auctor ostendit, possit eludi, & non desunt graves Canonistæ, qui contrarium tenent, nec improbabiler.

124. Addendum tamen est cum Bosio & Scaccia n. 91. communem opinionem solùm procedere in duobus casibus. Primò, quando

à Ju-

CONTROVERSIA VIII.

Quenam Delicta sint Mixti Fori.

SUMMARIUM.

- Sacrilegium est mixti fori.* 127.
Sacrilegium idem. 128. nisi sapere hæresin. 129.
Item Crimen falsi. 130.
Item Concubinatus. 131.
Error Julij Clari circa concubinatum Clerici. 132.
An Concubina Clerici possit puniri à Magistratu sæculari. 133.
Refertur Constitutio Concilii Tridentini. 134.
Non licet Laico extrahere concubinam è domo Clerici, nec exigere expensarum compensationem. 135.
Bigamia est mixti fori. 136.
Item Offensio Ecclesiarum. 137.
Item Assassinatus. 138.

126. **Q**uamvis aliqua, & ceteriora retulerim in præcedente tomo cap. 4. contr. 11. ibidem tamen in fine obiter aliqua retuli, quæ dixi, huc refervari, quòd proprie spectant. Omnis ergo, Usurã, Iuramento, Blasphemã, Sodomã, Adulterio, Incestu, de quibus ibi sufficienter actum, cetera hic expediemus.

§. I.

Sacrilegium.

127. **S**acrilegium esse mixti fori colligitur ex eo, quòd aliquando imponitur penã excommunicationis, vel alia penã spiritualis, quam Laicus imponere non potest, aliquando verò penã sanguinis, quam Ecclesiasticus infligere non potest, aliquando penã pecuniaria in vim restitutionis, quam potest quisvis eorum imponere, & erit Accusatoris eligere.

Huc pertinent variæ leges Civiles. *lex 6. §. 9. ff. ad L. Jul. pecul.* alibi referenda, ubi variæ penæ statuuntur. *Item l. 10. C. de Episc. & Cleric.* ubi capitali penã jubentur puniri, qui irrogant injuriam Sacerdotibus, vel loco sacro, vel cultui divino, quam legem referam §. 5. & quòd sit mixti fori supponitur in *Novella 125. cap. 21. §. 1.* [Si verò crimen fuerit, quòd adversus quemlibet memoratum Reverendissima

D 2

rum



rum personarum inferatur, si quidem apud Episcopum aliquis acculatur, & ipse veritatem invenire poterit, ab honore & gradu hunc secundum Ecclesiasticas regulas dejiciat: & tunc competens Iudex hunc comprehendat, & secundum leges litem examinans causam finem imponat. Si vero prius civilem examinationem poterit approbare &c. Unde inferunt DD. quod si Clericus cum muliere Laica peccavit, vel Laicus cum Moniali, possit Laicus & Laica puniri tam ab Ecclesiastico, quam seculari Iudice, & quidem penis diversis, si in utroque foro sunt constituta poenae diversae.

§. II.

Sortilegium.

128. Sortilegium esse mixti fori, constat ex utroque Jure. De foro Ecclesiastico ex can. 10. ca. 26. q. 5. [Contra Idolorum cultores, vel aruspices, atque sortilegos fraternitatem vestram vehementius pastoralis hortamur invigilare custodiã, atque publicè in populo contra hujus rei viros sermonem facere &c. Quos tamen si emendare se à talibus, atque corrigere nolle repereris, ferventi comprehendere Zelo te volumus: & si quidem servi sunt, verberibus, cruciatibusque, quibus ad emendationem pervenire valeant, castigare: si vero sunt liberi, in clusione dignâ districtaque sunt in poenitentiam redigendi, ut cruciatus saltem eos corporis ad desideratam mentis valeat reducere sanitatein.] Pro foro seculari facit titulus Codicis De Maleficio, & Mathematicis, & ceteris similibus.

129. Ubi tamen advertendum, quod quando sortilegium esset ejusmodi, ut saperet haeresin, Julius Clarus lib. 5. §. haeresis. n. 25. sic distinguit. Aut invocantur Dæmones, ut quis sciat futura, & hoc sapit haeresin manifestam, quia tribuit Diabolo id quod est proprium Dei, scilicet ventura præcognoscere. Aut invocantur ad alium finem, puta ad tentandam padicitiam mulieris, vel hujusmodi, & non sapit haeresin, quia advocatur Diabolus ad id, quod ei maxime convenit, cum sit tentator hominum. Et dicit Abbas in rub. de haeret. n. 13. quod ita fuit determinatum in Romana Curia in causa ejusdem Joannis de Partinaco, quod hujusmodi incantationes, quae fiunt ex causa amoris, non essent haereticae: & teste Oldr. consil. 210. in fine, in facti contingencia fuit absolutus quidam, qui fecerat sortilegia propter amorem ejusdam mulieris.

An autem sapiant haeresin, adeoque ad Inquisitores spectet sortilegium factum ad rescindenda furta commissa, merito dubitatur. Negat Julius Clarus, & Farinacius, sed Barbar. consil. 55. lib. 1. affirmat, de quo non est hic locus disputandi. Videatur Farinacius De Delictis. q. 20. à n. 72. ubi plene declarat, quando sint haeretica.

§. III.

De Crimine Falsi.

130. Puniri hoc crimen in foro Ecclesiastico, & posse etiam puniri in foro Seculari colligitur ex cap. 7. de crimine falsi. ibi. [Statuentes, ut Clerici, qui falsarii fuerint deprehensi, omnibus Beneficiis Ecclesiasticis perpetuo sint privati: ita, quod qui per se falsitatis vitium exeruerint, postquam per Ecclesiasticum Iudicem fuerint degradati, seculari potestati tradantur, secundum constitutiones NB. legitimam puniendi: per quam & laici, qui fuerint de falsitate convicti, legitime puniantur.] Et in Digestis ac Codice est titulus: ad legem Corn. de falsis.

§. IV.

De Concubinato.

131. Concubinatum puniri à Magistratu Ecclesiastico, est extra dubium, pro quo adduci solet cap. Nemo. ca. 32. q. 4. ubi in latiore & impropria significatione vocatur adulterium, omne carnale peccatum cum non conjugate. [Nec hoc solum est adulterium, cum aliena peccare conjugate, sed omne quod non habet potestatem conjugii.] De Iudice seculari dubitatur, quia legibus civilibus non prohibetur concubinatus, ut aliqui putant, inter quos est Julius Clarus duplici loco. in §. Fornicatio. n. 7. ubi dicit, quod ab hac sententia non recederet in iudicando. Deinde §. fin. q. 37. n. 4. parum reverenter sic scribit. [Sed quidquid sit de Jure, nos videmus, quod Iudices Laici de concubinato crimine puniendo parum se intromittunt, & hodie pauci etiam ex Ecclesiasticis, forte, ne in aliis puniant id, in quo ipsimet delinquant.] Sed nos in Germania hoc non videmus, quod se videre dicit Clarus.

132. Ceterum, hic Auctor in puncto non est durandus, qui in priorie loco n. 18. aude asserere, quod peccatum solum cum Presbytero non sit sacrilegium, sed simplex fornicatio, quae sententia in Germania nostra sine scandalo non doretur,

ceretur, quidquid teneant auctores ab eodem relati.

Rectius Decianus cum aliis docet, leges Civiles novissimas abhorreere concubinatum, argumendo Novellam 14. quae est de Lenocinio, ubi §. 1. dicit Imperator. [Sancimus igitur, omnes quidem secundum quod possunt, castitatem agere, quae etiam sola Deo cum fiducia potis est hominum animas praesentare.] Et paulo post jubet Lenones comprehendendi, & omnia novissima sustinere supplicia.

133. De Concubina Clerici dubitatum est, an ea possit puniri à Magistratu seculari. Et communiter distinguunt DD. quod possit, quando est notorium delictum, secus, quando est occultum. Ceterum, quod sit occultum, non facit, ut delictum ex se mixti fori, fiat solius fori Ecclesiastici; & satis notorium est, si Magistratu judicialiter innotescat. Quia tamen ad amolendum scandalum securus est, puniri à Magistratu Ecclesiastico, ne magis notorium fiat, pro ut forte fieret, si à Iudice seculari puniretur, adeo deest hoc delictum Magistratu Ecclesiastico puniendum relinquere, quando nec dum est plebi notorium.

134. Imò Decianus n. 25. cum Angelo asserit universim, Laicam peccantem cum Sacerdote, puniendam esse à solo Ecclesiastico. Sed in hoc observanda est hodie Constitutio Concilii Tridentini sess. 25. c. 14. de reform. omnium Clericorum oculis exhibenda, quae forte à paucis legitur. [Quam turpe, ac Clericorum nomine, qui se divino cultui addixerunt, sit indignum, in impudicitiae fordibus immundoque concubinato versari, satis res ipsa communi fidelium omnium offensione, summoque Clericali militia dedecore testatur. Ut igitur ad eam, quam decet, continentiam, ac vitae integritatem Ministri Ecclesiae revocentur, populusque hinc eos magis discat revereri, quò illos vitâ honestiores cognoverit: prohibet sancta Synodus quibuscumque Clericis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in domo vel extra derinere, aut cum illis ullam consuetudinem habere audeant, alioquin penis à factis Canonibus vel statutis Ecclesiarum impositis puniantur. Quod si à Superioribus moniti ab his se non abstinerint, tertii parte fructuum, obventionum ac proventuum Beneficiorum suorum quorumcumque & pensionum ipso facto sint privati, quae fabricae Ecclesiae, aut alteri pio loco arbitrio Episcopi applicentur. Sin vero in delicto eodem cum eadem vel alia femina perseverantes, secunde monitioni adhuc non paruerint, non tantum fructus omnes ac proventus suorum Beneficiorum & pensiones eo ipso amittant, qui praedictis locis applicentur, sed etiam à Beneficiorum ipsorum administratione, quoad

Ordinarius, etiam uti Sedis Apostolicae delegatus arbitrabitur, suspendantur, & si ita suspensi nihilominus eas non expellant, aut cum iis etiam versentur, tunc beneficiis, portionibus, ac officiis & pensionibus quibuscumque Ecclesiasticis perpetuo priventur, atque inhabiles ac indigni quibuscumque honoribus, dignitatibus, beneficiis, ac officiis & pensionibus reddantur, donec post manifestam vitae emendationem ab eorum Superioribus cum iis ex causa visum fuerit dispensandum. Sed si, postquam eas semel dimiserint, intermissum consortium repetere, aut alias hujusmodi scandalosus mulctes sibi adungere ausi fuerint, praeter praedictas poenas ex communicationis gladio plectantur. Nec quavis appellatio aut exemptio praedictam executionem impediatur, sed praedictorumque omnium cognitio NB. non ad Archiepiscopos, nec Decanos, aut alios inferiores, sed ad Episcopos ipsos pertinet: qui sine strepitu & figura iudicii, & sola facti veritate inspecta procedere possint. Clerici vero beneficia Ecclesiastica aut pensiones non habentes, juxta delicti & contumaciae perseverantiam & qualitatem, ab ipso Episcopo carceris poenâ, suspensione ab Ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, aliisve modis, juxta factos Canones puniantur. Episcopi quoque, quod ab his ab hujusmodi crimine non abstinerint, & à Synodo Provinciali admoniti se non emendârunt, ipso facto sint suspensi: & si perseverent, etiam ad Sanctissimum Romanum Pontificem ab eadem Synodo deferantur, qui pro qualitate culpae etiam per privationem, si opus erit, in eos animadvertat.] Declarationes movent, hoc Decretum non procedere in simpliciter incontinentia, absque qualitate concubinatûs: in illa ergo procedatur poenâ arbitraria.

135. Illud hic ex P. Laymanno addere placet. 1. Non esse licitum Judici Seculari, vel apparitoribus irrurere in domum Parochi, & mulierem inde extrahere: quia haec esset violentia usurpata adversus ipsos Ecclesiasticos. 2. Non valere consuetudinem Iudicium, exigentiam à Parochis expensas factas in capturam concubinarum, vel personarum suspectarum, ex eo quòd huius causam dederint. Nam hoc esset indirectè iudicium ferre de crimine ipsius Clerici.

§. V.

De Crimine Polygamia.

136. Qui plures ducit uxores, quandoque est suspectus de haeresi, & tunc pertinet utique ad Iudicem Ecclesiasticum. Sed quomodo

quando apparet factum esse ex libidine, tunc est mixti fori, & memini, hoc delictum in militibus fuisse à seculari Magistratu punitum.

§. VI.

De offendentibus Ecclesias
&c.

137. **H**Oc puniri posse & defacto puniri in foro Ecclesiastico manifestum est. Possit etiam & debere hos puniri in foro seculari constat ex lege 10. cum auth. seq. C. de Episc. & Clericis. [Si quis in hoc genus sacrilegii prorupit, ut in Ecclesiis Catholicis irruens sacerdotibus & ministris, vel ipsi cultui locoque aliquid importet injuria, quod geritur, à Provinciae Rectoribus animadvertatur, atque ita provincia moderator Sacerdotum & Catholicae Ecclesiae ministrorum, loci quoque ipsius & divini cultus injuriam, capitali in convictos seu confessos reos sententia noverit vindicandum: nec expectet, ut Episcopus injuria propria ultionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit. Sitque cunctis laudabile, factas atroces sacerdotibus aut ministris injurias, veluti crimen publicum persequi, ac de talibus reis ultionem mereri.]

§. VII.

De Assassinati.

138. **H**Oc crimen puniri Jure Civili, est per se manifestum. Quod etiam puniatur in foro Ecclesiastico, patet ex cap. 1. de Homicidio in 6. quod alibi relatum est. Atque ex dictis hactenus poterit de quibusdam aliis iudicari, quae proinde DD. non solent referre.



§. I.

Refertur Bulla Gregorii
XIV.

Cum aliis nonnulli Praedecessores nostri, & praesertim felix, record. Sixtus Papa V. necnon

CONTROVERSIA IX.

De modo declinandi Forum
per fugam ad Ecclesiam.

SUMMARIUM.

Refertur Bulla Gregorii XIV. Quo Jure sit introducta immunitas fugientium ad locum sacrum. 140.
An sit Jure divini. 141. & seq.
Canonice Constitutionibus Jus Civile suffragatur. 143.
An haec Immunitas sit stricta vel ample interpretationis. 144.
Sufficit Ecclesiam esse auctoritate Episcopi erectam, etsi necdam consecratam. 145.
An debeat ibi fuisse acta celebrata & Missa. 146.
An debeat Ecclesia esse perfecta constructa & absoluta. 147.
An competat tempore Interdicti, aut quo Polluta est. 148.
Ad quem ambitum se extendat. 149.
An apprehendens Ecclesiam possit ansum, gaudere immunitate. 150.
Item an constitutus supra regulam Ecclesiae. 151.
Quosque possit reus semel receptus progredi ob naturae necessitatem. 152.
Immunitate gaudent caetera, etiam non consecrata. 153.
Eadem gaudent Conventus Religiosorum, secundum omnia, quae sunt infra sepra. 154.
Item Episcopi palatium. 155. Vbi vide limitationes.
Quid si reus confugiat ad Sacerdotem ferentem Sacram Hostiam. 156.
139. **P**RO celeberrima hac Quaestione expedienda, praemittenda est Bulla Gregorii XIV. edita 28. Maji Anno 1591. in qua tanquam Jure novissimo discretè proponuntur, quae circa confugientes ad Ecclesiam observanda sunt.

non Pius etiam V. sancto Zelo ducti, diversas facultates & indulgentias extrahendi etiam in casibus quibusdam à Jure non permissis, ex Ecclesiis criminosis, & delinquentes, compluribus secularibus Principibus, eorumque curiis, & Magistratibus sub variis modis & formis concesserint, prout in illis plenius continentur. Experientia postmodum docuit, tum ob diversitatem & differentiam hujusmodi indulgentiarum, tum quia plerique eorundem Principum Ministri, ex hoc ipso illa diversimodè, etiam latius quam par erat, & ad suum libitum interpretandi occasionem arripuerunt, illisque abuti ceperunt, subortam esse non medioerem in aliquibus locis, libertatis & immunitatis Ecclesiasticae perturbationem & confusionem: alibi verò ne ipsos quidem laicos indultis hujusmodi uti voluisse, aut potuisse, quod populus inveterata erga Ecclesias reverentia devotis & assuetis, scandali potius quam quietis occasione praeberent. Illud etiam ablutum sapenemò fecutum est, ut infima interdum conditionis laici, non modò Juris, sed etiam litterarum penitus ignari & impeniti, dum quasi Potestates & Ministri Curiae secularis in aliquo Castro aut Oppidulo Jurisdictionem exercebant, facultatum & indulgentiarum hujusmodi limites longè excesserint, eaque suo arbitratu in sensum minus rectos, & ab intentione concedentis omnino alienos derolletent, & illorum praetextu quidquid sibi in mentem veniret attentare praesumerent, in grave Jurisdictionis, & immunitatis Ecclesiasticae praesudicium, locorum & personarum divino cultui dicatarum contemptum, ipsius divinae Majestatis offensam, & scandalum plurimò. Quare pro commissio nobis à Domino Pastoralis officii munere, praedictis absurdis & scandalis obviare, ac differentias hujusmodi ad uniformè regulam reducere, omnemque dubitandam ac perpetuam interpretandi occasionem dilucidè declaratione submovere, abusus tollere, & ne Ecclesiastica Jura planè conculcentur, & negligantur, opportunè providere decrevimus, prout etiam dictus Sixtus Praedecessor noster, iisdem de causis motus statuere decreverat, licet morte praeventus hoc adimplere nequiverit, ita tamen, ut quando praesens temporum calamitas, & nimias quae jam invaluit perverforum hominum malitia, id exposcit, aliquid etiam ad terrorem delinquentium, & ad coercenda eorum facinora, ultra id quod praesens illa Majorum nostrorum disciplina, & veterum Sacrorum Canonum norma praescriperat in quibusdam casibus, congruè moderatione adhibita, permitamus. Hac itaque nostra perpetuò valitura Constitutione, omnia, & quaecunque privilegia, indulgentias & gratias, tam praedictum Sixtum ac Pium V. quam alios quoscunque nostros Praedecessores, aut nosmetipsos, Sedemque Apostolicam, ejusque Legatos, super

abducendis, vel extrahendis ab Ecclesiis, Monasteriis, Sacellis, Domibus regularibus, & secularibus, locisve Sacris aut Religiosis, aliasque in casibus Jure permissis, hominibus certorum tunc expressorum vel non expressorum criminum reis, aut fraudulentis decoctoribus, etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, pace & quiete publica, & ex causis urgentissimis ac necessitatibus, & equipollentibus casibus in Jure expressis, atque ex paritate, identitate aut Majoritate rationis extensis, perpetuò vel ad certum nondum elapsum tempus quomodolibet concessa, etiam iteratis ac multiplicatis vicibus approbata & innovata ac usui recepta, litterasque Apostolicas sub plumbo aut in forma Brevis, seu alias quomodocunque desuper concessas, quarum tenores hic haberi volumus pro expressis, ac ad verbum insertis, sublatà penitus omni differentia, ita ad unam tantum formam reducimus, & moderamus, ut Laicis ad Ecclesias, locaque sacra & religiosa praedicta confugientibus, si fuerint publici Latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata, & publicas vias obfident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur: aut depopulatores agrorum, quive homicidia & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis earumve Cemeteriis committere non verentur, aut qui proditorie proximum suum occiderint, aut assassinii, vel haereticis aut laesae Majestatis in personam ipsiusmet Principis rei; immunitas Ecclesiastica non suffragetur. Sed universis & singularibus Venerabilibus fratribus nostris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, caeterisque Ecclesiarum & Monasteriorum Praelatis, tam secularibus, quam ejusvis Ordinis Regularibus, districtè praecipiendo mandamus, & praecipimus, ut Laicis in casibus praedictis delinquentes, ad eorum Ecclesias, Monasteria, domos, & alia loca supra dicta sacra seu religiosa respectivè confugientes, & in eis le recipientes atque morantes, qui praedicta delicta, eorumque aliquod iudicio suo commississe videbantur, quando à Curia seculari fuerint requisiti, & quilibet eorum fuerit requisitus, Ministris & Officialibus Curiae secularis absque Irregularitatis nota, aut alicujus Censura Ecclesiastica incursum, tradi & consignari curent, & faciant, & quilibet eorum curet & faciat. Ne autem Curia secularis praedicta Ministri facultate illius per se & propria auctoritate extrahendi & abducendi sibi olim, ut praesertim attributa, & per praesentes revocata abutantur, Volumus, dictaque auctoritate decernimus, & declaramus, ut Curia secularis, ejusque Judices & Officiales, ab Ecclesiis, Monasteriis, Locisque sacris praedictis Latentem aliquem, ut praesertim delinquentem, in nullo ex casibus supra dictis sine expressa licentia Episcopi, vel ejus Officialis, & cum interventu Persona